

Carmina ex diuersis auctoribus ab Antonio nebriffensi  
in calendarii ratione collecta. ad Andream riolazedu burgis  
rei litterarize publicu professorem.

Ad eundem.

Andrea quo non mihi charior alter amicus

Est uel amicitiae iure uel hospitii:

Accipe discipulis quae tradas dogmata nostris:

Siue tuos mauis dicere: siue meos.

His modo quos cernes inuituros sacra. profanis

Ingratum fuerit talibus institui.

Cumq; sacerdotu sit muneris ista referre

In uulgus: turpe est talia scire parum.

Carmina ridebis malenata. quid attinet ad rem

De qua nunc agitur: sint bona: sint ue mala?

Percipient alios fructus: qua fronte uidentur.

Dum modo re profint: carmina displiceant.

Ne tamen in tenui dono sit epistola longa:

Atq; operi paruo sit. onerosa: uale.

Septem planetae.

Hi sunt erronei saturnus: iuppiter: & mars:

Sol. uenus. & stilbon & cynthia proxima terris.

Duodecim signa zodiaci.

Sunt aries. taurus. gemini. cancer. leo. uirgo.

Libraq; scorpius. arcitenens. caper. urnula. pisces.

Solis motus in zodiaco.

Hæc duodena regit mundi sol aureus astra:

Per totide menses peragrando coficit annu.

Solstitia & æquinoctia.

Hæc duo solstitium faciunt. cancer. capricornus.

Sed noctes æquant aries & libra diebus.

Solstitium undecimo christu præit atq; ioannem.

Per totidem lucas præit & nox æqua diei.

Planetaru domus in signis.

aa





Est tibi saturne domus ægocerotis & urnæ.  
 Est iouis arcitenens atq; ultima sidera pisces.  
 Est aries martis. & acutæ scorpio partis.  
 Libram cum tauro uenus ambit purior auro.  
 Accipit erigonen stilbon geminūq; laconē.  
 Cesserunt soli cancer lunæ & leo soli.

De quinque zonis ex ouidio.

Vtq; dux dextra cœlum totidēq; sinistra.  
 Parte secant zonæ: quinta est ardentior illis:  
 Sic onus inclusum numero distinxit eodem  
 Cura dei: totidēq; plagæ tellure premūtur.  
 Quarum quæ media est: non est habitabilis æstu.  
 Nix tegit alta duas: totidem inter utrāq; locauit:  
 Temperieq; dedit mixta cum frigore flamma.

De anno cōmuni.

Tempus quo magnū sol circūuoluitur orbem:  
 Atque in se sua per uestigia uertitur: illuc  
 Vnde prius cœpit: uertentem dixeris annū.

Olympias. lustrum. trieteris.

Græcus olympiadē uocat id quod sermo latinus  
 Appellat lustrū dimensum quattuor annis.  
 Sed ternos bacchi trieteris continet annos.

Indictio.

Si tribus adiunctis domini diuiseris annos  
 Per ter quinque: datur indictio certificata.

Annus mundanus.

Sidera cum cœli pariter uertentur eodem:  
 Vnde sui motus fecere exordia prima:  
 Cosmicus est uere: magnūque uocabitur annus.

Sæculum. iubileum. ætas.

Sæcula centenos com prendūt quælibet annos:  
 Sed quinquaginta iubileus continet. huius  
 Dimidium est ætas: cui græcia quinque reponit.

Mensis. hebdoas. dies. hora.

Mensis in hebdoadas distinguitur. hebdoas inque  
 Septenas lucas. lux bis sex continet horas.  
 Et totidem nox atra tenet: tamen utraque iniquas.  
 Hora sed æqualis per partes discrepat anni.  
 Illam sed ueteres: hanc sæcula nostra sequūtur.  
 Et si non mutes cœlū: si tendis ab austro  
 Versus in arctoum: uel ab arcto rursus in austrū:  
 Vtraque mutatur nihil ut sibi constet ubiq;  
 Horaque nunc pars est uigesima quarta diei:  
 Atq; dies tenebras lucēque amplectitur almam:  
 Et nunc dicta dies: superas dum circuit oras.  
 Inque assis partes duodenas frangitur hora.

De inueniendo cycli solaris anno.

Annis adde nouem domini. partire per octo  
 Viginti cyclus sic tibi notus erit

De littera dominicali.

Fert. ea. dux. cor. amat. gens. factor. enim. coluit. bis.  
 Ars. genus. est. de. corde. bono. gignit. ferus. ensis.  
 Dicta. beant. aqua. gens. fons. det cunctis. bonus autor.  
 Per. t. signatur quod sit bissextus ibidem.

De bissexto

Bissextum sexto martis tenuere calendæ.  
 Posteriore die celebrentur festa mathiæ.  
 Sabbata si fuerint: ibi non alibi celebrentur.

De inueniendo bissextili anno.

Tunc bissextus erit: partes per quattuor æquas  
 Annos partiri cum poteris domini.

De prima littera cuiuslibet mensis.

Alta. domat. dominus. gratis. beat. equa. gerentes.  
 Contemnit. pictos. augebit. dona. fideli.

Calendæ. nonæ. idus.

Principiū mensis nostri dixere calendæ.





Sex nonas maius, october, iulius, & mars.  
Quattuor at reliqui: tenet idus quilibet octo.

De quattuor anni temporibus.

Festum clementis hyemis caput est orientis.  
Cedit hyems retro cathedrato simone petro,  
Ver fugat urbanus, æstatem symphorianus.

Ieiunia quattuor temporū.

Post cinerem, post pneuma, crucē, festūque luciaē,  
Ieiunare docent nos tempora quattuor anni.

Ieiuniorum dies per annū.

Natus, & ascendens, mittens, baptistaq; laurens,  
Virgo dei genitrix, necnō & apostolus omnis,  
Præter ioannem, iacobum pariterq; philippum:  
Omnes & sancti prohibent ieiunia solui.

De aduentu domini.

Andrea festo uicinior ordine quouis  
Aduentum domini prima colit feria,  
Sicadat in lucem domini: celebratur ibidem.

De aureo numero inueniendo.

Annis si christi monadem cumulaueris: inque  
Vnde uiginti partiris: quod remanebit:  
Monstrabit quotus est cycli quē quærimus annum.

De quadragesima inuenienda.

A festo stellæ numerando perfice lunam,  
Postque diem martis primū ieiunia inibis.

De pascha inueniendo.

Post martii decimā lucem perquirito lunam,  
Bisque dies septem: domini tum luce sequenti,  
Pascha celebratur: dein cætera festa sequuntur.

Quotus sit dies lunæ uerus.

Aetatem lunæ numero si quæris habere:  
Cum primam inuenies in cælo dicito quintā,  
Illius ætati sic semper quattuor addes.

Finis

